

## Band VII., Nr. 2522, Seite 383

*Ritter Albert von Liebenau gibt den Konrad Muwe, welchen Konrad Becge von ihm zu Lehen hatte, dem Kloster Weingarten zu eigen.*

Krumbach, 1275. Juli 22.

In nomine domini. Amen.<sup>a</sup> Quia oblivione res gesta supprimitur et conculcatur, proinde memorie ipsius scripture certitudine convenit suffragari<sup>b</sup>. Ego igitur Albertus miles de Libenowe dictus omnibus presentium lectoribus cupio fieri manifestum, quod Cunradum dictum Mûwe, quem Cunradus dictus Becge in feodum a me tenuit, petente ipso Becgone monasterio in Wingarten in proprium non abnuo conferre resignans omne ius proprietatis, quo michi seu meis heredibus competere debuit idem Muwe, excepto cum manserit in bonis meis aut quorum advocatia ad me dinoscitur<sup>c</sup> spectare, debite advectionis servitutem michi exhibebit, alias vero locatus ab omni instantia mea erit absolutus. In huius rei firmitatem presentes meo sigillo feci roborari.  
 <br> <br> Acta sunt hec in presentia subscriptorum: Gerungus monachus de Wingarten, Heinricus plebanus de Willeboteswiler, Hermannus villicus de Rudolfesriet<sup>1</sup>, Hermannus dictus Ruhe de eodem, Cunradus villicus de Crumbach, Cunradus de Asse<sup>2</sup>, H. de Asse.<br> <br> Datum apud Crumbach, anno ab incarnatione Christi millesimo CCLXXV., indictione tertia, in die Magdalene.

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Das ehemals abhängende Siegel fehlt.

---

<sup>a</sup>Verschrieben: *anno*.

<sup>b</sup>Dgl. *suffragari*.

<sup>c</sup>Vor *dinoscitur* ist *disnocit* getilgt.

<sup>1</sup>Oberrussenried und Unterrussenried.

<sup>2</sup>Vorderessach und Hinteressach.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

B 515 U 2110

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Krumbach

**Ortsindex:**

Hinteressach Wohnplatz (18123)<br> Hinteressach, Neukirch, FN<br>  
Krumbach Wohnplatz (18333)<br> Krumbach, Tettngang, FN<br>  
Liebenau Wohnplatz (18075)<br> Liebenau, Meckenbeuren, FN<br>  
Oberrussenried Wohnplatz (18132)<br> Oberrussenried, Neukirch, FN<br>  
Unterrussenried Wohnplatz (18139)<br> Unterrussenried, Neukirch,  
FN<br> Vorderessach Wohnplatz (18141)<br> Vorderessach, Neu-  
kirch, FN<br> Weingarten Wohnplatz (20565)<br> Weingarten, RV<br>  
Wildpoltsweiler Wohnplatz (18142)<br> Wildpoltsweiler, Neukirch,  
FN